Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



nos ipsi primitias spc habentes. et ipsi intra
nos gemimus adoptionem filiorum expectantes
redemptionem corporis nri. in xpo ihu dno nro.
Hillo. t. Dixit. d. i. d. ss. Lucam.
Estote ergo misericordes. quia et pater vr
misericors est. Nolite iudicare. et non iudicabi
mini. Nolite condempnare. et non condempnabi
mini. Dimittite. et dimittemini. Date. et
dabitur uobis. Mensuram bonam et confertam et co
agitatam et super effluentem. dabunt in sinum
vrm. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis.
remetietur uobis. Dicebat autem et illis similitu
dinem. Numquid potest cecus cecum ducere. Nonne
ambo in foueam cadunt. Non est discipulus super
magistrum. perfectus autem omnis erit si sit sicut
magister eius. Quid autem uides festucam in oculo fris
tui. trabem autem que in oculo tuo est non consideras.
Aut quomodo potes dicere fri tuo. frater. sine eiciam
festucam de oculo tuo. ipse in oculo tuo trabem
non uidens. Ypocrita. eice primum trabem de oculo
tuo. et tunc perspicies ut educas festucam de o